

LECTIO II.

XIV Ex hac trium sacrarum personarum Jesu, Mariæ et Josephi exceptione ab originali peccato non earum erui æqualitatem donorum privilegiorumque, prærogativarum, et meritorum; sed nos unum hoc in nuere velle, in nulla nempe fuisse peccati originalis munditiem.

XV Jesum sine peccato originali, essentialiter impecçabilem, non solum gratia plenum, sed et auctorem ipsius esse gratiae, quam communicavit cum suis parentibus purissimis et divinis Josepho et Maria.

XVI Mariam sine peccato originali adeo gratia plenam ut summam gratiam habuerit, præter sacrae humanitati Domini Nostri Jesu Christi destinatam.

XVII Josephum sine peccato originali adeo gratia refertum, ut habeat omnem gratiæ plenitudinem non prædestinatae Sanctissimæ suæ Sponsæ Mariæ.

XVIII Jesum, Josephum, et Mariam nihilominus ut perfecta gaudent æqualitate quatenus tres Sacrae Personæ sunt nedum gratiæ æquales, sed similes.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Maria concurrit ad procreationem Jesu per suum concensum et corpus suum.* Joseph concurrit eamdem per suum concensum. ¶ Hac de causa quod Spiritus Sanctus operatus est utriusque operatus est, et in amborum justitia requiescens. Joseph....

LECTIO III.

XIX Sacras litteras omnino nihil dicere, unde possit inferre D Josephum fuisse in peccato conceputum; ut habent modotantum generali, quin tamen; singulari loco de singulari casu D Josephi loquantur

quia, ut Sacrae Familiae membrorum, connumerari non potest in omnium numero hominum.

XX Nullibi factum aliquod vel dictum invenisse aut traditionis aut etiam PP., qui de D. Josepho tamquam Sacrae Familiae membrum dissidentes, quod docere voluerit Divinum hunc Josephum, Sponsum Mariae parentemque Jesu in peccato conceptum fuisse.

XXI Tridentinum ipsum discernens transmissio nem peccati originalis in omne genus humanum non modo nihil contra Sacram Familiam discisse, verum etiam exclusisse a peccatorum coetu B V. Mariam, quae est secunda Sanctae Familiae persona, quo præbuisse ausam videtur, ut nostris temporibus, quum praecipue tot veritates sunt clariores, pii animo in D. Josephum coepissent cum in locum sibi congruum dictis laudibusve afferre, postquam a communi selectorunt, revera quoniam tertia et Sacrae familiae persona.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Humanitas Christi ex hoc quod unita est Deo habet dignitatem infinitam.* Joseph autem et Maria ut Parentes Dei habent etiam quemdam dignitatem infinitam. ¶ Et Deus non potest aliquid fieri melius eis. Joseph....

—DIA 27 DE DICIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quae vera et quam divina supra omnem humanam, species Sancti Josephi fuerit non est meæ facultatis

oculis subjecere, quia ineffabilis est — *Engelgrave.* — Non solum ut quis fuerit Sponsus Beatae Virginis distincte cognoscatur, sed etiam ut virtus et excellētia ejus ipso nomine significetur. — *Toledo. C.* — Personare coelestem credimus Jerusalem cum Joseph nominatur. — *Isid. I.* — Nullus in terra dignior Joseph erat, cui crederetur virginitatis Marianae thesaurus. — *Baeza.* — Nullam puram creaturam adeo dilexit beatissima Virgo, sicut Sponsum Joseph. — *Estela.* — Spiritus Sanctus in ambobus (Josepho et Maria) praefidens. — *Rup.* — Virgo circa suo, et Joseph Sponsae suae maxime voluerit placere; virtus eximiaque sanctimonia complacentiae causa esse poterat. — *Barradas.* — Nobilis sors Josephi, cui contigit cum Virgine fuit. — *Pacense.* — Joseph idem cum Virgine reputatur. — *Sylveira.* — Decuit ut Maria haberet suo modo parem Sponsum purissimum. — *Ger.* — Fuit Joseph vir dignior et nobilior inter omnes homines qui egressi sunt de stirpe Adam. — *Ger.* — Nulla in orbe pura creatura fuit, quam majori quam conjugem suum amore Virgo prosequeretur. — *Barradas.*

Nos hæc sublimia &c.

R Deo gratias.

R Qui cupit praetiosam in conspectu Domini mortem habere. *Saluberrimum erit concilium. ¶ Ad Immaculatum Josephum quotidie et affectuose currat. Saluberrimum....

LECTIO II.

XXII Quaedam rerum adjuncta Tridentino comititia fecisse ne jam tum velut fidei dogma decerneretur doctrina conceptionis immaculatae B. Virginis Mariae.

XXIII Isdem de ausis factum fuisse generale de-

cretum de universali transmissione peccati originalis in posteros Adami; quia idem Joseph totum cum Sacra Familia constituit, et minime adscribi potest multitudini coeterorum mortalium; unde mea quidem opinione, manente decreto de universale anathema, quod omnes mortales incurrerunt peccati originalis, ab illo potest exipi D. Joseph, ceu membrum Sacrae Familiae. Et non modo exipi potest, sentio, sed, ni fallor, maxime debent.

XXIV Auctores non pauci ante Tridentino Synodus et post eum ferre coeperunt inditia de possibilitate conceptionis D. Josephi sine labe originali, non obstante modo citato Concilio.

XXV S. Bernardinum de Bustos idipsum sensisse, monstrans ut gloriae hoc afferret D. Josepho B. V. Mariae, et ipso Domino Nostro Jesu Christo.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Maria, veri omnipotentisque Dei Mater vera facta est.*Joseph veri omnipotentisque Dei Pater juxta dictatus est. ¶ Ergo ambo habuerunt maximum gratiae plenitudinem. Joseph....

LECTIO III.

XXVI Petrum Morales laurea decoratus latiori calamo exposuit, timore tamen non minimo de prolatione conceptionis S. Josephi sine peccato originali illis nempe diebus, quum religio quædam validissima innumeris laureis, nitebatur totis viribus contra doctrinam immaculatae conceptionis B. V. Mariae; et indefinibilem venditabat, atque haereticos illam profitentes proclamabat.

XXVII Romanam Ecclesiam hodiernis diebus quam lucidissime potest doctrinam immaculatae

conceptionis B. V. Mariae per mariandum Pontifice definitivisse veram, eamque praecibus crebris, universalibusque docentis Ecclesia indignitatem dogmaticae veritatis constituisse.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ista est singularis gloria et excellentissima prærogativa.* Nostrorum Parentum Christi. ¶ Quod unum eundemque filium cum Deo Patre meruerunt habere communem. Nostrorum....

—DIA 28 DE DICIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Maria simul cum Josepho virginitatis votum emiserit.—*Thom. A.*—Joseph enim ita vivebat purus in terra ac si regnaret in cœlo.—*Sylveira.*—Inventus est itaque Joseph quem quærebatur ratio.—*Metaphraste.*—Primus hominum Josephus angelus dice posset.—*Endgrave.*—Castissimo super omnes mortales, Mariam si exceperis, Josepho.—*Endgrave.*—Mundissimum in virginitate.—*S. Bern.*—Conjugum vita sive conjunctio tota fuerit cœlestis.—*Rup.*—Maria accepto sposo Josepho, cum eo Virginitatis votum emissit.—*D. Thom.*—Joseph qui sub Christo et Maria princeps est Virginum.—*Pise.*—Magna virginibus est dignitas prorogata, quia Christus duobus virginibus factus est subditus.—*Simon de C.*—Mariae Virginitas per sponsum illustrior, magnificenter, omniaibus saeculis clarior.—*Baeza.*—Ille Joseph ea puritate insignis, ut nesciens parem fuerit ideo Christo et Mariae consecratus.—*Pise.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Beatus Virgo Joseph protector universalis revera est* Pro omni catholicae Ecclesia statu. ¶ Factus est ita in diebus nostris in quibus proclamatum fuerit Protector Ecclesiae universalis. Pro....

LECTIO II.

XXVIII Hoc felice successu finita causa de immaculata B. V. Mariae conceptione, non intempeste videri utrum div. Josephus fuerit sine peccato genitus, sicut sua sponsa Maria, inquire: ac in peccato, quod nobis miseris peccatoribus accidit, qui per peccatum nati summus filii maledictionis, adversi Deo subjectique ditioni Satanae.

XXIX Nostris diebus, quum pietas cultusque erga divinum Josephum tot incrementa proficia valde fecerunt, romanam Ecclesiam ea fide publica firmasse, dum passim cum cultu Mariae pariter et propagaret, et eum a christifidelibus hyperduliae minoris cultu volens venerari, praesertim ope regnantis Pontificis Leonis XIII in honorem laudemque divi Josephi praeter modum mirabilia dicentes: nunc, inquam, haec omnia nobis videntur praestolari, ut doctrinae conceptionis in maculatae divi Josephi examini diligenter incubamus.

XXX Virum quemdam, haud fide indignum nobis detulisse quoddam factum stupendum a Deo, et praecibus divo Josepho patratum sub conditione demonstrationis veritatis doctrinae conceptionis intemoratae divi Josephi: miraculum vero, si affictum fuerit, inconcuso apud ipsum habetur ut vera doctrina talis.

Omnia quaecumque superius dicta sunt a nobis

ut submissi Matris Ecclesiae filii, in omni subjici-
mus huyus decisioni.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph et Maria ita sunt magni ut Deus ma-
jora facere non posset.* Majorem cœlum et terram
posset facere Deus. ¶ Majores Patres Dei non pos-
set facere Deus. Majorem....

LECTIO III.

*Litteræ relate ad quæstiones circa Conceptionem
in gratia divini Josephi.*

PRÆNOTANDA.

Nonnulli inter scholas, immo idque non semel,
præmaturo forte judicio, decernere haud dubitare,
talem vel qualem doctrinam ad mysticam scholasti-
cam vel scientiam e nova luce refertam, temerariam
vel fabulosam merito esse; ideo quia in SS. Litteris
ac Traditione de illa non fuit explicita mentio. Rem
ita se habuisse nemo non asserit, e. C. circa Subtilis
Doct. Scripta dum de immaculata Deip. V. M Con-
ceptione sermonem ille primo protulerit; cum a qui-
busdam, Scottus ipse, tamquam haereticus delatus
est atque minatus Scripturae S. haec contorquenti-
bus verba: "Si quis apposuerit ad haec, apponet ei
"Deus scriptas in libro isto, vel licet nos aut angelus
"e cœlo evangelicet nobis praeterquæ evangelizavi-
"mus vobis anathema sit."

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Si vis Virginem et Josephum cognoscere qua-
les et quanti sint *In eorum Filium oculos conjicite.
¶ Et ex ejus excellentia poteris Patris et Matris ex-
cellentiam etiam intelligere. In....

—DIA 29 DE DICIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Dormienti Josepho Gabriel Angelus attulit sanc-
torum omnium principatum.—*Pise*.—Joseph cum
esset justus voluit occulte dimittere eam; ut mani-
festum fieret tam angelis sanctis quam hominibus de
ipso quod esset justus; et talis qui digne sic deberet
appellari.—*Rup*.—Turbatus est et ipse Joseph ad
stupendum tantæ novitatis miraculum, ita ut nollet
Mariam traducere.—*Géron*.—Erat domus Nazareth
instar coeli, ubi sol, luna et phosphorus irradiant: phos-
phorus seu luciferum sidus est Joseph.—*Pise*—Oh
Sanctissime Joseph, si Petrus semel tantum videns
gloriam et pulchritudinem Jesu transfigurati, dixit,
Domine, bonum est nos hic esse; quid tu dicere de-
bebas cui non semel sed saepius, se benedictus Jesus
transfigurato in corpore glorioso ostendet?—*Bernar-*
dino de Bustos.—Illi duo cherubim Mariam et Jo-
seph representabant aperientes et obumbrantes ar-
cham et propiciatorium Christum Filium Dei. Hinc
unus cherubim fœminæ, alter viri effigiem habebant,
—*Novarino*.—Ferculum fecit rex Salomon, media
charitate constravit; haec verba applicantur beato
Joseph qui totius portavit Christum Jesum.—*S. Bue-*
niventura.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Mariae Sponsus Joseph excellentissimis virtu-
tibus abundavit.* Omnibus ordinibus bene vivendum.
¶ Ob summam Dei gratiam illi collatum ut virginis
Pater Christi. Omnibus....

LECTIO II.

*Contra quos enim audire praestat Angelici
—Doct. eloquia.—*

Quamvis Scriptura S. dicat de sanctificatione B. M. in utero..... rationabiliter tamen creditur ita fuisse..... atqui invenimus quibusdam iliis hoc privilegium fuisse concessum..... uti Hyeremiae et Joanni Baptista; &c., &c. &c..... Ergo, B. V. M. p[ro]ae coeteris omnibus majora privilegia gratiae sanctificationis acceperit.

Unde mirandum minime est dum de Jesu parentis Josephi sanctificatione sermo sit habendus, si aliquid adversarii de novitate doctrinae nobis arguant, eadem de ratione, scilicet, quia de eo silent Scripturae Sacrae, ut forte sint dicturi. Sed frustra, immo et supervacanem foret inter tot hominem diversa iudicia, coeteros omnes nos suadere aut aemulatores efficeret nostrae quidem sententiae ab exordio jam quæstionis; dum in dubiis adsit liberatas donec ab Ecclesia res ditimatur.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quid majus aut excellentius excogitari potest.* Quam quod unus et idem Æterni Patris Filius ab Æterno genitus. ¶ Sit unigenitus Mariæ et Josephi etiam in tempore natus? Quam....

LECTIO III

Quæ præmissa jam sequens sit.

—PROPOSITIO.—

De fide, saltem pia, teneri potest Divinum Josephum Jesu Christi Patrem, Mariae verum ac castissimum conjugem, in gratia conceptum, aut saltem, in utero sanctificatum fuisse speciale Dei privilegio.

§ 1º

PROBATUR INDIRECTE

Nihil obstare enim potest subjective nec objective praedictam gratiam Divo Josepho, a Deo conferre; Ergo minime negare ei possumus tale revera fuisse. Et quidem: ut non obstet subjective satis sit, quod apud Deum haud impossibile sit omne verbum. Sed nec etiam objective; illud non obstat alicui, quod, de similibus praedicatur, atqui juxta D. Th. Hyeremias et Baptista eadem gratia donati fuere, ut in utero sanctificantur; Ergo talis, saltem, sanctificatione negare vetamur Divo Josepho.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Non pars unigeniti venit in corpore.* Neque se ipse diviſſit et dimidiū esse apud Patrem et dimidiū esſet in Virgine Josepho. ¶ Sed totus apud Patrem et totus apud Mariam, et totus apud Josephum. Neque....

—DIA 30 DE DICIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Fuit divinus Joseph altissimi mysterii scutum inexpugnabilem.—*Isidorum I.*—Tres leguntur Dominum portasse; Virgo in utero, Simeon in ulnis, et tanem Joseph super humeros cum fugisset in Ægyptum.—*Pedro Besense.*—Cur non Joseph cherubim asseverandus est, qui et virginis Sanctissimao et Christo custos a Deo immortaliter positus fuit.—*Isidorus I.*—Vere Joseph magnus est dies ille sabbati in quo quievit Deus.—*Isidoro I.*—Firmamentum dici-

tur Sanctus Joseph.—*Ger.*—Sanctissimus Joseph fuit navicula corporis Christi.—*Laureto.*—Habitavit fecundissime et sanctissime juvenis Joseph cum conjugé sua Virgini Maria Deipara.—*Lyra.*—Jesus Christus erat subditus in honorem ac reverentiam Mariae et Josephi ut eorum magna dignitas iunotescerat.—*Silveyra.*—Divus Josephus dicitur Evangelistarum magister.—*Celada.*—Sapientia Sancti Josephi fuit major sapientia Salomonis.—*Celada.*—*Beda V.*—Voluit Deus sanctis angelis hanc indulgentiam concede ut colloquis Josephi frui ac gaudere pessent.—*Silveyra.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph egregie docet nos filios suos, ut in sua quiske vocatione fideliter ministret.* Ac utraque fortuna sic moderate utatur. ¶ Ne rebus prosperis ad arrogantiam, nec casibus tristibus ad impatiemtiam abutatur. Ac....

LECTIO II.

§ 2º

PROBATUR DIRECTE

Illos quos ad aliquid eligit Deus, ita hos praeparat et disponit ut ad illud sint idonei; Atqui D. Josephi non fuisset idoneus Pater Christi si in peccato nasceretur; Ergo in gratia natus est.

MINOR PROBATUR

Ille qui praefuit Dei Verbo, huicque datus erat in Patrem et custodem, immunis ab aevo esse debuit a postate diaboli ex obvia congruentia; aut, dic mihi, hic etiam in terrenis, quis umquam princeps constituit domus suea filiolique sui praefectum aliquando

mancipatum hostili alieno principi? nemo, nec unus: Ergo fere blasphemum foret hoc de Deo sentire, qui renes scrutatur ac corda, nihil non praevidet, nihil non potest, nec in necessariis deest, aut abundat in superfluis; quique gloriam filiorum patres eorum esse voluit; Ergo nefas foret credere D. Josephum, imperio Satanae aliquando mancipatum. Ergo Joseph in gratia fuit conceptus, aut saltem in ea confirmatus in utero Matris ejus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divinus Joseph et divina Maria meruerunt de condigno ex gratia sibi data.* Illum puritatis et sanctitatis gradum. ¶ Ut condigne posset esse almi Parentes Christi et digrum filii sui habitaculum.— Illum....

LECTIO III.

§ 3º

Apud omnes fere Theologos et SS. Patres, diuturna fuit haec et validissima sententia, scilicet: quod absque speciale Dei auxilio impossibile est fere homini viatori omnia venialia vitare peccata et apud quodam, et moralia; et quidem propter peccati fomitem in quo nati summus; atqui D. Joseph, nullam omnino commisit. Ergo, ei est tribuenda vel in gratia conceptionem, aut saltem sanctificationem in utero Matris sueae, qua gratia stimulus carnis ac fomes fuere in eo penitus aut omnino extinti, saltem in actu 2º cum D. Thom.; qua etiam sine ulla offensione totam ejus pertransivit vitam.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Plus enim meruerunt tum Joseph, tum Maria plissima

in uno suo concensu.* Scilicet conceptionis Filii Dei.
¶ Quam omnes homines et angeli in cunctis suis
actibus, motibus et cogitationibus. Scilicet....

—DIA 31 DE DICIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Potentissima erga nos divini Josephi protectio.
 Ingenuè fateor augustissime, potentissime, sanctissime, immaculate ad divine Joseph peculiaria circa te noticia divinitus per tuum patrocinium sæpius collocata fuerunt, clasius tamen et apertius post incohatum hoc parvulum Breviarium ad tuum sanctum nomen perfectissime honorandum, per ejusce quotidiam recitationem ab alumnis nostri sancti Instututi; nam cum gravibus ac prolixis occupationibus, terroribus, dubitationibus, perseductionibus, et non paucis infirmitatibus laborans; tamen languens excitarer, imbecillis confirmarer, ac pene defessus recrearer, et tuo revera suffultus, et ope innixus, tot inter scopulos ad optatum portum et dessideratum finem ipso tuæ festivitatis die, anno millesimo octingentesimo, nonagesimo quinto. Fruere, oh Joseph fruere, ac pleno ore ebibe limpidissimos omnium privilegiorum tuorum liquores; et fac ut essent omnibus nobis filiis tuis plenissime communicati; et mente, opere et verbo sint omnes, juxta suas constitutiones a Sancta Sede approbatas, revera Josephini.* Hac iterum desidero, hoc fateor, hoc clamito, hoc perpetuo testor et affirmo et semper volo gaudens ac laetus de tuo immenso gloriae pondere.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Si patronus urbium merito recollimus.* Quanto majori obsequio et veneratione, et devotione. ¶ Nos filii tui divinum atque immaculatum Josephum revera prosequi tenemur. Quanto....

LECTIO II.

§ 3°

PROBATUR TERTIO

Illi opus est major cumulus gratiae ad aliquid, in quo majus habetur exercitium; atqui D. Josepho exercitium fuit gratiae majus, quam omnibus Dei sanctis; Ergo ille donatus fuit gratia singulari. Omnes mystici fere Theologi ac nonnulli Sancti Patres, admittere non recussant Josephum plures fuisse martyrem; uti, e.g. in amissioni Filioli sui in templo; suo suorumque in eremo; in edicto crudelis regis; in prophetia Simeonis, et praecipue in alia innumerabilia. Ergo majus fuit Josepho exercitium gratiae quam coeteris viatoribus, etiam eis qui aequa in gratia fuere confirmati, dempta tantum B. V. Mariæ.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quamvis ergo Maria et Joseph non fuerunt electi ut essent Parentes Dei.* Propter sua merita prævisa. ¶ In executione tamen posuerunt illam dignitatem mereri et congruo. Propter....

LECTIO III.

Ut nostro labore finem apponamus, hæc sunt præmonemus lectoribus ne forte nos levitatis arguant. Primum scilicet, removenda et quam longissime possimus, arcenda ab scriptis nostris ea omnia, quæ minus digna sint persona summi et dignissimi Sponsi Mariæ et Patris Jesu; quibus attentis hæc calamo currente scripsimus. Secundo: nollumodo osse in animo ali-

quem damnare, nec praejudicare, quoniam in dubiis libertas ad est, donec ab Ecclesia, magistra fidei et morum sententia feratur. Tertio: verba omnia et sententias et ideas legi et intelligi velle ad sensum et judicium Sedis Romanae, quae firmamentum jacet, et columna veritatis.

Hujus præclari Sancti Josephi
Humillimus filius et servus

JOSEPHUS MARIA VILASECA.

Mexico, anno salutis, millesimo octingentessimo nonagesimo quinto.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tanta erat horum Parentum veneratio erga Filium suum Jesum.* Ut altissimi ordinis fuerint actus illius obedientiae. ¶ Non es intelligeret humum ingenium, quia tantae charitatis expers existit. Ut altissimi....



ORACIONES DIARIAS

I

Para comenzar la oración de la mañana

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium,
et tui amoris in eis ignem accende.

¶ Memento Congregationis tuae, Potentissime Joseph.

R Quam possedisti ab initio.

¶ Domine exaudi.....

R Et clamor.....

¶ Dominus.....

R Et cum.....

OREMUS.

Deus qui ineffabile Providentia Beatum Joseph, Sanctissimae genitricis tuae Sponsum, eligere dignatus est; praesta quaesumus, ut quem Protectorem nostri Instituti, veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis. Qui vivis.....

¶ O Maria asumpta in coelis.

R Ora pro nobis.

¶ Sancte Joseph.

R Ora pro nobis.

¶ Almi parentes Christi.

R Orate pro nobis.